

armis ultra modum, strenuissimus, fauorabilis, gloriæ cupidus, pecuniæ libera-
lis, quocunq; ipsum trahebat impetus sequens, & quem Saraceni plus alijs Chri-
stianis timuerunt. Treugis igitur sic dispositis, & ab vtraque parte conseruatis
anno millesimo centesimo nonagesimo septimo, Henrico Imperatore procu-
rante, Alamani in terram promissionis; homines bellicosi, ingenio crudi, expen-
sarum prodigi, rationis expertes, voluntatem pro iure habentes; ensibus inuicti;
in nullis nisi in gentibus suis fidelissimi; & quibus vitam potius quam fidem pos-
ses aufere. Hij cum venissent in terram promissionis treguas fregerunt, Urbem
Berithi recuperauerunt, Iopen perdiderunt. His diebus Rex Henricus, qui Do-
minus terræ Hierosolimitanæ extiterat, de quadam fenestra palatij sui recidit, &
mortuus est; huius vxorem nomine Isabel, quæ Regnum hæreditabat, accepit
Almericus Cypri Rex, & coronatus est in Regnum Hierosolimitanum. Alama-
ni verò ad obsidionem Castelli Turonis accesserunt, ibique mensibus aliquot
commoratis audita morte Imperatoris Henrici recesserunt. quorum Principes
fuerunt, Conradus Maguntinus Archiepiscopus, Conradus Cancellarius Im-
peratoris, Henricus Saxonix Dux, Leopoldus Dux Austriae, Dux Bragniannæ,
Hermanus Lanthgrauus Thuringiæ, Henricus de Calidin Marefcalcus; & plu-
res alij, quos ad præsens memorare non curo: nulla est enim ambitio memoran-
di, quos plurimos constat fuisse, & nullos.

*Finita l'istoria Hierosolimitana, l'ordine richiede, che si parli delli figliuoli di Boni-
facio Terzo, e prima di Gulielmo Sesto suo primogenito, à cui essendo arriuata la nuo-
ua della morte del padre, à Sathaleya, l'anno millesimo ducentesimo settimo, alli quin-
decim del mese d' Agosto, impegnò à Girardo Farra stipulante in nome della Comunità
di Pauia, tutto il Borgo di Valenza, con il Castello, porto, & ogni giurisdittione à se-
pertinente, per prezzo di libre quattro mila di moneta. Et hauendo deliberato di assicu-
rare il fratello Demetrio nel Regno di Thesalia, & ritrouarsi alla coronatione sua, con
molti stipendiati, nauigò in Thesalia, doue stette per fin tanto, che Henrico Imperatore
hebbe coronato Demetrio di esso Regno, e poiche le cose furono ridotte in buon termine, se-
ne ritornò in Monferrato, & Demetrio rimase in Grecia.*

*L'anno millesimo ducentesimo undecimo Gulielmo si maritò in vna figliuola di Boni-
facio Marchese di Crauesana nominata Berta, per antichi documenti titolata Contessa di
Monferrato, & hebbe per dote il luogo di Montebarcherio, e la parte di Cortemiglia, la
qual era del detto Bonifacio suo padre; e con lei hebbe vn figliuolo nominato Boni-
facio, & vna figlinola nominata Beatrice, che fu moglie di Andrea Delfino Conte di
Viena.*

Anno Domini millesimo ducentesimo quinto decimo; Thomasinus Sabau-
diæ Comes, inito cum Mediolanensibus fœdere, cum militibus mille in eorum
auxilium venit, tunc Casale Sancti Euasij obsessum; prima deinde pugna, cum
supra quadringentos passus muri deiecti essent; vesperi Casalenses supplices se
Mediolanensibus dederunt, ac nihilominus toto populo in carceres coniecto,
oppidum euersum est. Hoc etiam anno vigesimo Augusti, Mediolanenses ad
Vercellensium preces, atque ad Thomasi subsidium in Montisferrati fines po-